

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Abstinencia s  
cum uariis

Per Symonem qui signantur, abstinentes? Qui foris carnem afficiunt, interius tamen fructum abstinencie non acquirunt. Crucem igitur Domini Symon in angaria portat, quia cum ad bonum opus sine bona uoluntate ducitur, rem bonam sine fructu operatur. Symon ergo crucem portat sed in cruce non moritur, quia abstinentes exterius per abstinenciam corpus afficiunt, sed interius per desiderium mundo uiuunt.

Gregorius super euangelia parte V.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Symonem] sermonem P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; abstinentes] abstinentem C; foris carnem] carnem foris (*cor. infra*) M; abstinentes] abstinencia (*cor. supra lin.*) C